

Ex Reg. in  
S. cret. Brev.

Confirmatio statuti Congregationis Canonico-  
rum secularium S. Joannis Evangelista  
Regni Portugallie super restrictione  
numeri electorum Generalis ejusdem  
Congregationis.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Universalis Ecclesie regimini meritis  
licet imparibus, divina dispositione  
prædites, illis, quæ pro felici piarum  
Congregationum in eadem Ecclesia sapien-  
ter institutarum directione provide consti-  
tuta sunt, libenter cum a Nobis petitur,  
Apostolici muniminis adjungimus firmi-  
tatem.

Supplicatio.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Rector Generalis, & Definitorium Congregationis Canonico-  
rum secularium Sancti Joannis Evangelista nuncupata in Regno Portugallie consistentis, quod dudum de anno 1425. eadem Congregatio sub habitu, regula, & statutis Congregationis Canonico-  
rum secularium Sancti Georgii in Alga Venetiarum in dicto Regno instituta fuit, primamque fundationem habuit in Monasterio de Villar de frades nuncupatae cujus Religiosis fel: record: Eugenius Papa IV. Prædecessor Noster de anno 1445. præcepit, ut instituto, statutis, consuetudinibus, & privilegiis præfate Congregationis S. Georgii in Alga uterentur. Verum hoc non obstant, ob parum numerum Religiosorum qui in dicta Congregatione Sancti Joannis Evangelista reperiebantur, introductum fuit, ut in electione Rectoris Generalis Congregationis hujusmodi omnes Canonici seculares ipsius Congregationis in sacro Presbyteratus Ordine constituti, qui Congregationis hujusmodi habitum sexenni spatio gestassent, non solum præsentis, sed etiam absentes per epistolam suffragium, seu votum ferrent: hicque modus suffragium, seu votum ferendi diu obtinuit. Postmodum tamen, cognito, quod idem modus suffragium, seu votum ferendi sacris Canonibus adversaretur, multis fraudibus subiaceret, multisque inconvenientibus, & perturbationibus causam præberet, præsertim quia nonnunquam numerus suffragiorum ultra centum octoginta ascenderet, multique juvenes modica Religionis experientia præditi, tenuemque personarum, quas eligere deberent, notitiam habentes suffragium ferrent: ac considerato, quod in supradicta Congregatione Sancti Georgii in Alga nullum sit statutum, aut consuetudo, ut illi, qui sexennio habitum ipsius Congregationis gestarunt, suffragii prærogativa gaudeant, quodque usus dandi suffragium per epistolam, quoad eadem Congregationem Sancti Georgii in Alga per quasdam literas rec: mem: Sixti Papæ V.

Prædecess. pariter nostri die 12. Jul. 1587. expeditas sublatus fuerit: memorata Congregatio Sancti Joannis Evangelista in duobus suis Capitulis generalibus, uno quidem cui dilectus pariter filius Ludovicus Alvarez de Rocha in Regno prædicto Inquisitor adversus hæreticam pravitatem auctoritate Apostolica deputatus, ac delegatione Sedis Apostolicæ præfedit, de anno 1653., & altero cum intervenit centum octuaginta trium Vocalium Capitularium de an. 1656. respectively celebratis, ipsius Congregationis regimini consulendi, eamque tam sacrorum Canonum dispositioni, quam modo gubernandi, quo dicta Congregatio Sancti Georgii in Alga utitur: juxta præfati Eugenii Prædecessoris præceptum conformandi, ac fraudes, & perturbationes tollendi ergo, statuit, ut in electione Rectoris Generalis ipsius Congregationis S. Joannis Evangelista ex ejusdem Congregationis Canonice soli Prælati Conventuum, ac Definitores, & Rectoris Generalis ipsius Congregationis officio functi, necnon gradu Doctoratus in Universitatibus studiorum generalium Colymbrien., & Elboren., insigniti, ac Lectores, qui per novem annorum spatium in Sacra Theologia, vel Philosophia legerint, Visitator, & Secretarius Congregationis hujusmodi suffragium, seu votum ferant. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, in prædictis duobus Capitulis generalibus dispositum fuerit, ut statuti hujusmodi confirmatio a Sede prædicta, id si videretur esse necessarium, obtineretur; nec quisquam Presbyterorum, qui dictæ Congregationis Sancti Joannis Evangelista habitum sexenni spatio gestarunt, contra idem statutum controversiam moveat; dictique exponentes propterea ipsum statutum Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summopere desiderent: Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium, dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, prædictum statutum in dictis duobus Capitulis generalibus, sicut præmittitur editum, ut in electione Rectoris Generalis memoratæ Congregationis Canonico-  
rum secularium Sancti Joannis Evangelista nuncupatae ex ejusdem Congregationis Canonice soli Prælati Conventuum, ac Definitores, & Rectoris Generalis ipsius Congregationis officio functi, necnon gradu Doctoratus in præfatis Universitatibus studiorum generalium Colymbrien., & Elboren. insigniti, ac Lectores, qui per novem annorum spatium in sacra Theologia, vel Philosophia legerint, Visitator, & Secretarius Congregatio-

Statutum in Capitulis Generalibus editum confirmat Pontifex.

Ex Vocales ad capitula dicti nat.

Decretum irritans.

gregationis hujusmodi suffragium, seu votum ferant; auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Contrariis derogatio.

§.2. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolice Auditorios judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si Teneus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogatio.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis Sancti Joannis Evangelista, ejusque Conventuum, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 22. Jan. 1659. An. IV.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 22. Jan. 1659. Pontificatus nostri Anno IV.

Ex Reg. in Secret. Brev.

Confirmatio quorundam Declarationum, seu Ordinationum, Universitatis, & Hominum Artis Vaccinariorum de Urbe.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Universitas, & Homines Artis Vaccinariorum de Urbe, quod alias, cum inter homines ejusdem artis super observatione tertii, & quarti Capitulorum statutorum Universitatis hujusmodi circa admissionem personarum ad exercitium dictæ artis, & modum, quo macella inter Homines Universitatis præfate distribuere, nata essent controversiæ, ipsi exponentes insimul congregati, ad avertendas majores lites, dicta statuta observanda esse decreverunt, cum nonnullis tamen declarationibus, seu Ordinationibus, quas bono, & quieti communis magis conducibiles esse censuerunt, & reservato nostro, & hujus Sanctæ Sedis Bull. Rom. Tom. V, Par. IV.

Benepalicio, ediderunt, prout continetur in scriptura tenoris sequentis videlicet.

Fidem Facio Ego Notarius publicus infrascriptus, qualiter die 15. Nov. 1658. in Congregatione, seu Adunantia Universitatis Vaccinariorum facta in eorum Ecclesia Sancti Bartholomæi de licentia Illustrissimorum Dominorum Alma Urbis Conservatorum inter cetera resolutum, fuit, prout infra videlicet.

Item reservato in prima il consensu, e benepalicio dell' Illustrissimi Signori Padroni, e non altrimenti fù decretato, e resolutum, che si debba osservare quanto si contiene in dui fogli consegnatimi dalli Signori Consoli del tenore seguente, cioè.

Essendo nata controversia sopra l' osservanza del terzo, e quarto Capitolo de nostri statuti, che parlano dell' ammissione de sogetti, e persone all' esercizio, ed Arte di Vaccinatio rispettivamente del modo di comprare, e spartire fra Vaccinari li Macelli per ovviare a dette liti, e rimediarsi a questi inconvenienti seguiti, e per conservazione dell' Unione fra tutti quelli, che sono iscritti a questo esercizio, & ad effetto, che ogn' uno possa con quiete, e buona pace attendere a lavorare, e godere gl' effetti delle proprie fatiche, & industria con ogni bontà, e timor di Dio, & amore del prossimo s' è unicamente decretato, e stabilito, che si mantenghi l' osservanza di detti Capitoli 3. e 4. inviolabilmente, e si operi in esecuzione di quelli nel modo seguente cioè, rispetto al terzo.

Che nessuno di qualsivoglia stato, grado, e condizione ardica di comprare roba sconcia, o acconcia per conciare, o apparecchiare ad uso di Vaccinatio, se non sarà stato a lavorare in Roma per lo spazio di cinque anni nell' Arte di Vaccinatio, e se vorrà esser matricolato nella matricola dell' Maestri, debba dimandare licenza alli Signori Consoli, che faranno pro tempore, e debba esser esaminato dalli Esaminatori da deputarsi dalli detti Signori Consoli, affinché si veda se sà l' Arte, e conciare, acciò la Città di Roma, e il Pubblico non siano defraudati, e trovato che sarà idoneo, e sappi ben l' Arte sudetta gli sia data la Patente, quale pagari dieci scudi anticipati, quali servono per mantenimento della nostra Chiesa di S. Bartolomeo, e facendo altrimenti incorra nella pena di sc. 50. d' applicarsi la metà alla Reverenda Camera Apostolica, ovvero di Campidoglio. E che se li sudetti Consoli, che faranno pro tempore facessero patente sopra osservanza dell' Capitoli sudetti incorrano in pena di sc. 100. d' applicarsi come sopra, eccettuato però li Figlioli dell' Maestri nati in Roma, quali non devono esser sottoposti alli sopradetti Capitoli, ma gli si debba riformare la Patente del Padre senza pagare altro, e debba esser matricolato nella Matricola dell' Arte, dove si trovarà suo Padre.

Che quelli, che haveranno la Patente dell' Arte, e non Bottega non debbano en-

trare ne in Adunanza, ne in Congregazione, ma solo debbano intervenire alla Messa dell' Arte, che si celebra la terza Domenica di ciaschedun mese.

Che si debba portar rispetto alli Consoli, e Camerlengo dell' Arte, e facendo altrimenti sia lecito a detti Consoli, e Camerlengo, che sono, per qualsivoglia tempo alli disubedienti, e sparlatori di farli mettere priggione de fatti con darne poi raguaglio all' Illustrissimi Signori Senatori, e Conservatori. E rispetto al quarto Capitolo de medemi statuti, parimente nel modo seguente, cioè.

Che li Consoli per qualsivoglia tempo assieme con i loro Deputati debbano fare la distribuzione, e spartizione egualmente pro rata di tutti i Macelli, Agnelli, Vacchine, e Porcine sotto pena di sc. 500. d' applicarsi la metà per servizio della nostra Chiesa, e Università, e l' altra metà secondo la mente de Padroni, cioè la Reverenda Camera Apostolica, e quella di Campidoglio.

Che nessun Vaccinaro ardisca di comprare con Macellari Norcini, o Pizzicarioli di prender maggior parte di quella sarà assegnata nella divisione da spartitori in ciaschedun Anno, anzi che tutti debbano stare all' ubbidienza, e porzione assegnata, e che d' Anno in Anno gl' s' assegnarà da spartitori sotto pena di sc. 100. per ciascheduna contravvenzione in ciaschedun Macello d' applicarsi, come sopra; E chi contraverrà, e non ubbidirà non solo sia obligato a restituire a chi comandarano i Consoli tutta quella porzione, che haveffe presa, o prendesse di più di quella assegnatagli da spartitori, ma anco tenuti alla detta pena; riservato alli Consoli il decidere se sia stato preso più, o meno della sua porzione assegnatagli; salvo però, che se fosse ecceduto per errore nel prender cinque, o sei centinaja di più, nel qual caso il contraveniente non incorra pena, ma solo sia obligato restituire nel modo, e forma ch' ordinarano i Consoli; ma apparendovi malizia nel prender più Macelli dell' assegnatogli, oltre la restituzione, che deve fare di quel più, incorra nella pena suddetta.

In oltre venendò il caso, che doppo fatta la distribuzione delli Macelli venga serrato qualche Macello, in modo che in quello non si macelli più, ed in tal maniera resti il Vaccinaro, al quale è stato assegnato detto Macello, o parte di esso senza aver pelli per causa di detta clausura accrescendosi per tal causa maggior faccende, ed occasioni d' animali agli altri Macelli, affin ch' il Vaccinaro non resti privo, debba in caso, che si riapri detto Macello d' altro Macellaro assegnarsi detto Macello riaperto, o altro nuovo Macello, che si apra all' Vaccinaro, che n' era restato privo, e non riaprendosi detto Macello, o non aprendosi altro nuovo in riguardo di detto miglioramento, che hanno altri Macellari di macellar più animali,

ed affin ch' detto Vaccinaro non si danno per la clausura di detto Macello debbano gl' altri Vaccinari tutti singolarmente pro rata assegnar delli Macelli avuti tanta quantità di quelli, quanto porta la quantità del Macello, che s' era assegnato al Vaccinaro, che ne resta privo per la clausura seguita.

E che nessuno ardisca di comprare per rivendere prima che non sia concia ad uso di Calzolaro, e Sellaro sotto pena di sc. 10. per qualsivoglia pelle d' applicarse come sopra; e per maggior comprobazione del presente Decreto, se ne chiedi a Nostro Signore e' a chi bisogna conferma in forma specifica, con la clausula sublatà, e Decreto irritante, affin ch' mai più per l'avvenire, si possa dubitare per alcun tempo della dovuta osservanza, quali essendo stati da me letti alla detta Congregazione furono approvati, e accettati, e si dovesse osservare quanto in essi si contiene in ogni miglior modo &c. et alias latius, prout in actis mei &c. ad quæ &c. In quorum fidem &c. Datum hac die 25. Novem. 1659.

Ita est pro Nicolao Rignano Curia Capitoli, ac dicta Universitatis Notarius. Horatius Montanellus substitutus in fidem &c.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, declarationes, seu Ordinationes præinfertas non solum appositum modum admittendi homines ad exercitium artis prædictæ præscribant, ut illa a peritis, & expertis ad publicam utilitatem exerceatur, plurimaque inconvenientia excludantur, quæ nasci possent si imperiti, & qui artem hujusmodi non callent, illius exercitio se ingererent; sed etiam æqualitati distributionis Macellorum provideant ut unicuique pro modo laboris absque alterius præjudicio merces obveniat.

§. 3. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut easdem declarationes, seu ordinationes Apostolicæ confirmationis nostræ robore communi de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, declarationes, seu Ordinationes præinfertas a præfatis exponentibus, sicut præmittitur, factas auctoritate apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 5. Decernentes easdem præfatas Literas, necnon declarationes, seu Ordina-

Et sic in postum observari mandat.

Contrariis non obstantibus.

Dat. die 27. Jan. 1659. An. IV.

dinationes præinfertas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore, quocumque spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dictæ Universitatis, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præfentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Jan. 1659. Pontificatus nostri Anno IV.

CCXXXVII.

Confirmatio Decreti D. Cardinalis Protectoris totius Ordinis S. Francisci quo declaratur Constitutiones Clem. VIII., & Gregorii XV., quibus aboliti fuerant Patres Provinciarum in posterum in Provincia Tertii Ordinis S. Francisci de Penitentia in Regno Portugallie inviolabiliter observari debere.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Precorium.

Supplicatio.

IN his auctoritatis nostræ partes libenter interponimus, per quæ Congregationum Regularium in Ecclesia Dei pie institutarum felici statui opportune consuli cognoscimus.

§. 1. Cum itaque porrectis aliis Nobis pro parte dilecti filii Joannis de Pietate Custodis, & Procuratoris Provincie Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci de Penitentia nuncupat. in Regno Portugallie precibus super observantia Constitutionum fel. rec. Clementis VIII., & Gregorii XV. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, quibus abrogantur Patres Provincie, negotioque prædicto per Nos ad Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales negotiis Episcoporum, & Regularium præpositos, & ab his ad Venerabilem Fratrem nostrum Franciscum Episcopum Portuensem S. R. E. Cardinalem, & Vicecellarium Barberinum nuncupat. totius Or-

dinis S. Francisci apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectorem remisso emanaverit desuper ab eodem Francisco Episcopo Cardinale decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Franciscus miseratione divina Episcopus Portuensis. Cardinalis Barberinus S. R. E. Vicecancellarius, ac totius Ordinis S. Francisci Protector, Corrector, & Gubernator.

Dilecto Nobis in Christo Ministro Provinciali, Custodi, & Definitoribus Provincie Tertii Ordinis S. Francisci de penitentia nuncupate in Regno Lusitanie, salutem in Domino sempiternam. Cum pro parte dilecti filii Fratris Joannis a Pietate Custodis, & Procuratoris istius Provincie, Apostolicæ Sedi expositum fuerit plures irrisisse animorum commotiones, atque incommoda ob observantiam Apostolicæ Constitutionis Urbani VIII. fel. rec. nostri Patris, quæ incipit: *Onerosa* &c. faciliusque pro commoditate totius Provincie Regimine, & Officiorum provisione fuisse consultum Constitutionibus Apostolicis Clementis VIII., & Gregorii XV. facta mem., quibus Provinciarum Patres perpetui in omnibus Capitulis suffragandi jure privantur, ac proinde exoraverit prædictas Constitutiones inviolabiliter in Provincia observari, non obstante dicta Constitutione, quæ incipit: *Onerosa* &c., Nobisque commissum fuerit desuper benigne indulgere.

Nos, qui operosis studiis quantum in Domino possumus intendimus, ut ea Sacra Indulta, quæ in felici Regimine dicti Ordinis S. Francisci concessa sunt fideliter observentur, necnon quandoque revocentur prout Apostolicæ Sedi expedire beneficium est, id exigente regularis observantia candore, & Provinciarum Regimine feliciori, dictæ Provincie directioni, & commodo consulere cupiens, menteque retinentes dictam Constitutionem Urbani VIII. nostri Patris principaliter exaratam fuisse pro Provinciis tantum Observantibus Hispaniarum familie Ultramontanæ, & non pro Fratibus Tertii Ordinis, de quibus debet fieri individua mentio, cum sint alterius Ordinis, & Professionis apostolica auctoritate Nobis in hac parte concessa statui-mus, decernimus, & declaramus dictas Constitutiones Clementis VIII., & Gregorii XV., quibus omnes Patres Provinciarum abolerentur, in posterum in dicta Provincia inviolabiliter observari debere, ac in sua viridi observantia persistere, non obstante dicta Constitutione Urbani VIII., quæ incipit *onerosa* &c., Cui, omnibusque, ipsius clausulis pro perpetua subsistentia suffragandi juris Patris antiquioris, atque ex Provincialis in hac parte derogatum esse volumus, auctoritate, qua supra; Præcipientes universis, & singulis Superioribus, & Subditis prædictæ Provincie in virtute sanctæ obedientie, & sub pena privationis Officiorum, necnon vocis active, & passive, ut præfentes literas debitæ executioni demandari, ac inviolabiliter observa-

Decretum Cardinalis Protectoris.

ri curent, & faciant. Pro quorum omnium executione oramus primarium Inquisitorem Sancti Officii in dicto Regno Lusitanie, ut has nostras literas infallibiliter quacumque tergiversatione postposita observari studeat, pro qua re plenariam nostram desuper ipsi impertimur facultatem; necnon quoscumque rebelles, sive contradictores per censuras compescere, sive alia juris remedia pro harum literarum observantia adhibere pro cassandis, abolendis, ut præfertur, hujuscemodi Patribus perpetuis, eorumque in omnibus Capitulis, & Definitoriis perpetuo suffragandi jure cassando. Datum Romæ die 15. Decembris 1658. ex Aedibus Cancellariæ Apostolicæ.

F. Cardinalis Barberinus Protector. Agapitus Colorsius Secretarius.

Supplicatio pro confirmatione prædicti Decreti a Pontifici confirmanda. §. 2. Cumque firmiora sint ea, quæ Sedis prædictæ munimine roborantur; Nobis propterea dictus Johannes humiliter supplicari fecit, ut Decretum hujuscemodi apostolica auctoritate confirmare de benignitate apostolica dignaremur; Nos igitur eundem Joannem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujuscemodi supplicationibus inclinati, Decretum præinsertum, cum omnibus, & singulis in illo contentis tenore præsentium confirmamus, & approbamus illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adijcimus.

Confirmat Pont. Et ab omnibus observari mandati. §. 3. Decernentes Decretum hujuscemodi, necnon præsentem literas valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in futurum inviolabiliter observari; sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat. §. 4. Non obstantibus quatenus opus sit prædicti rec. mem. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris itidem nostri, & quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ, & Ordini hujuscemodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad

præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die 8. Februarii 1659. Pontificatus nostri Anno IV.

Dat. die 8. Feb. 1659. An. IV.

CCXXVIII.

Declarat non esse locum erectioni Conventuum Aquitanie Provinciæ SS. Ludovici, & Elzearii in Gallia Tertii Ordinis S. Francisci, & proinde Provinciales pro tempore exercere debere suam jurisdictionem in tota Provinciâ, etiam in d. Conventibus Aquitanie.

Ex Regest. in Secret. Brev.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio. §. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Benedictus Lugdunen. Minister Provincialis Provinciæ Sanctorum Ludovici, & Elzearii in Gallia Fratrum tertii Ordinis S. Francisci, quod licet dicta Provincia in quibusdam concordatis, & Capitulis Provincialibus Conventus Aquitanie ejusdem Ordinis in Custodiam erigere decreverit; Congregatio tamen Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita erectionem hujuscemodi multiplicatis Decretis improbat. Quibus Decretis non obstantibus aliqui Fratres Aquitani Ordinis prædicti, sub prætextu etiam novorum concordatorum, ac dilectis pariter filiis Ministro Generali, & Capitulo, seu Definitorio Generali anno superiore 1658. Toleti habito Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de observantia nuncupatorum, erectionem dictæ Custodiæ, & deputationem Commissarii, qui prædictos Conventus Aquitanie a jurisdictione Ministri Provincialis dictæ Provinciæ separaret, eosque regeret, obtinuerunt.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subijungebat, erectio hujuscemodi nullo pacto fieri debuisset, ex causis in facto, & in jure coram præfata Cardinalium Congregatione late deductis, & propterea dictus Benedictus Minister Provincialis eidem erectioni Custodiæ locum non esse a Nobis declarari, sibi que, & aliis Ministris Provincialibus Provinciæ hujuscemodi pro tempore existentibus jurisdictionem super prædictis Conventibus Aquitanie quatenus opus sit restitui, ac Commissarium a præfato Ministro Generali, & Definitorio Generali deputatum non obstantibus concordatis supradictis, Decreto Definitorii Generalis, & aliis quibuscumque in contrarium facientibus amoveri plurimum desideret: Nos ipsum Benedictum Ministrum Provinciale specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti,

dicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore, censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de memoratorum Cardinalium, qui partibus informantibus, rem mature discussissent, consilio, auctoritate apostolica, tenore præsentium declaramus, non esse locum præsentis erectioni prædictæ novæ Custodiæ, & proinde Provinciales pro tempore exercere debere suam jurisdictionem in tota Provinciâ etiam in Conventibus Aquitanie, amoto Commissario Generali deputato.

§. 2. Decernentes easdem præsentem literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari; sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus supradictis ex adverso deductis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die 11. Februarii 1659. Pontificatus nostri Anno IV.

CCXXIX.

Ut Alumni Collegii Græcorum de Urbe Ritu Latinum circa jejunia, & abstinentiam a cibis vetitis sequantur.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio. §. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Rector Collegii Græcorum de Urbe quod ejusdem Collegii Alumni juramentum perpetuo servandi ritum Græcorum præstare soliti sunt, quo ritu non solum jejuniorum quadragesimalium juxta eundem ritum observatio præscribitur, sed etiam ab esu carni, & ovorum abstinentia singulis diebus Mercurii, & Veneris injungitur, permissis diebus Sabbathi carniæ etiam.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subijungebat, dicti Alumni etiam ad quatuor temporum, & vigiliarum jejunia juxta ritum Latinum servanda per quosdam felic. record. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri Literas, quæ eos ad eundem ritum Latinum in omnibus casibus, in quibus ad evitandum scandalum necessaria est illius observatio, servandum adstringunt, obligantur, prædictis vero Rector, ut eorumdem Alumnorum sanitati consulatur,

ipsique quandoquidem in Alma Urbe prædicta degunt, se S. R. E. ritui circa jejuniorum, & abstinentiæ ab esu quorundam ciborum certis temporibus prohibitio observationem conforment, opportune illis, ut infra a Nobis provideri summo opere desideret: Nos specialem eidem Rectori, & Alumnis gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus dicti Rectoris nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præfati Collegii Græcorum Alumnis tam nunc existentibus, quam quocumque futuris, ut quando in eodem Collegio respective vixerint dumtaxat, jejunia quadragesimalia, ac abstinentiam ab esu carni, & ovorum singulis diebus Mercurii, & Veneris per ritum Græcum, sicut præmittitur, præscripta, & injuncta servare minime teneantur, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus; ea tamen lege, ut ipsi Alumni, & eorum quilibet interea Quadragesimæ, ac quatuor temporum, ceteraque vigiliarum jejunia, & in jejunis hujuscemodi a carni, ovorum, & lacticiis; singulis vero diebus Veneris, & Sabbathi, quibus jejunium præscriptum non reperitur a carni esu abstinentiam juxta prædictum ritum Latinum servant in omnibus, & per omnia, prout Christiani fideles, qui eundem ritum Latinum sequuntur, illa servare tenentur. Ac eisdem Alumnis juramentum supradictum ad præmissorum effectum dumtaxat auctoritate, & tenore prædictis, relaxamus.

§. 3. Non obstantibus præmissis, necnon Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quatenus opus sit dicti Collegii, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 15. Februarii 1659. Pontificatus nostri Anno IV.

Pontifex eos ab observantia ritus Græci in jejunio & abstinentia servan. absolvit ritumque Latinum in his servari præscribit.

Contrariis derogat.

Dat. die 15. Feb. 1659. An. IV.

Nova erectio Collegii Apostolici minorum Pœnitentiariorum Basil. Principis Apostolorum de Urbe, cum nonnullis Ordinationibus pro eisdem Collegii gubernio, & Officii eorumdem Pœnitentiariorum exercitio.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

**I**N Apostolica dignitatis fastigio, meritis licet imparibus, in scrutabili divina providentia arcano collocati, ad ea per quæ Christianorum animarum salutem consulitur, jugis vigilantia studiis intendimus, illaque provide, quantum Nobis ex alto conceditur, disponere satagimus, prout matura consideratione prævia conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Causa hujus Constituta.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, dudum fel. record. Pius Papa V. Prædecessor noster certis rationabilibus causis motus, pro salutari reformatione Collegii minorum Pœnitentiariorum Basilicæ Principis Apost. de Urbe minores Pœnitent. qui tum erant, ab eorum Pœnitentiariæ minoris officio, & exercitio penitus, & omnino amoverit, & in eorum locum ad hujusmodi munus, officium, & exercitium minorum Pœnitentiariorum aliquot Presbyteros Regulares Societatis Jesu substituerit, & subrogaverit, illisque domum, & redditus pro eorum habitatione, & sustentatione assignaverit, & alia circa eorum deputationem, officiique eis demandati exercitium, ac ipsorum, & eorum Collegii statum constituerit, & ordinaverit; nec tamen super his ob eisdem Pii Prædecess. obitum literæ apostolicæ fuerint expeditæ.

Collegium minorum Pœnitentiariorum de quo erigit.

§.2. Hinc est, quod Nos ea quæ memoratus Pius Prædecessor pro animarum salute, & spirituali consolatione Christianidelium, qui Omnipotentem Deum glorificandi, ac Beatos ejus Apostolos venerandi, opportunaque spiritualibus, temporalibusque necessitatibus suis remedia, & auxilia eorumdem Beatorum Apostolorum intercessione impetrandi studio ad Basilicam prædictam ex omnibus mundi partibus confluunt, in præmissis laudabili zelo, & pietate instituit, & cepit, constabilire, & perficere, & alias opportune desuper providere cupientes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine erectionem, & institutionem prædicti Collegii minorum Pœnitentiariorum dictæ Basilicæ Principis Apostolorum tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ipsumque Collegium de novo perpetuo erigimus, & instituiamus.

Habitationem redditus aliosque.

§.3. Ac pro eorumdem minorum Pœnitentiariorum habitatione domum in Civitate nostra Leonina, seu ( ut vocant )

Burgo, prope Basilicam hujusmodi positam & per illos hæctenus inhabitari solitam cum omnibus, & singulis ejus membris, pertinentiis, & juribus, sicut dicti minores Pœnitentiariorum illis ad præsens fruuntur, concedimus, & assignamus, & casu quo eadem domus tota, vel ejus pars destruat, seu in alios usus convertatur, aliam domum eis habitationis causa a Nobis, seu Romanis Pontificibus Successoribus nostris pro tempore existentibus assignandam; pro ipsorum vero minorum Pœnitentiariorum sustentatione, & Collegii hujusmodi dote de pecuniis elemosynarum, quæ ex dispensationum matrimonialium expeditio, nibus proveniunt, & penes Montem Pietatis de eadem Urbe in subsidium pauperum, & alia opera pia eroganda deponi solent, annua mille scuta monetæ Romanæ, nempe singulis mensibus octuaginta tria scuta, & trigintaduos bajocchos cum dimidio similis bajocchi ejusdem monetæ in locum octuaginta scutorum auri isidem minoribus Pœnitentiariorum pridè assignatorum, quæ illis a Camera Apostolica præstabantur: præterea dimidium Julium dictæ monetæ pro singulis literis Apostolicis, quæ super dispensationibus matrimonialibus in tertio, vel in quarto gradu per officium nostrum minoris gratiæ nuncupatum sub plumbo expedientur, & insuper tria loca cum tertia parte similis loci Montis fidei, & alia novem loca Montis Salis secundæ erectionis de Urbe prædicta, & vineam extra mœnia Urbis intra suos notissimos fines sitam a prædictis modernis Pœnitentiariorum acquisita, necnon pensiones ex locatione membrorum domus prædictæ locari solitorum provenientes, cum solitis donativis salis, cere, ac in electione Romani Pontificis, & aliis hæctenus eis fieri consuetis, per ipsos minores Pœnitentiariorum percipienda, exigenda, levanda, ac in suos, & dicti Collegii usus, & necessitates convertenda eisdem Collegio, & minoribus Pœnitentiariorum itidem perpetuo assignamus.

Collegium Apostol. non i nari præcipit.

§.4. Ad hæc dictum Collegium minorum Pœnitentiariorum a Nobis de novo, sicut præmittitur erectum, & institutum, Collegium Apostolicum minorum Pœnitentiariorum esse, ac perpetuo fore, & vocari debere, nec illius statum, aut denominationem quomodolibet immutari, aut alterari unquam posse statuimus, & decernimus, ipsumque Collegium ex nunc sub immediata Beati Petri, ac nostræ, & Romanorum Pontificum Successorum nostrorum, Sedisque Apostolicæ protectione suscipimus.

Regularibus Soc. Jesu concedit.

§.5. Præterea idem Collegium Apostolicum dilectis filiis Presbyteris Regularibus prædictæ Societatis Jesu pariter perpetuo concedimus, hac tamen lege, ut eadem Societas in Collegio hujusmodi tredecim ipsius Societatis Presbyteros regulares, comprehenso in illis dicti Collegii Rectore, qui omnes, & singuli ministerium minorum Pœnitentiariorum in memorata

Basilicæ

Basilica sedulo exercere teneantur, & ex quibus duo pro Italica, duo pro Gallica, duo pro Hispanica, & Lusitana, unus pro Germanica, unus pro Hungarica, unus pro Polonica, unus pro Anglica, unus pro Græca, & unus pro Illirica nationibus, seu linguis minores Pœnitentiariorum respective deputentur: Ac insuper unum, quatenus necessarius videatur dilecto filio Præposito Generali ejusdem Societatis, qui pro ministro serviat, & ad mensam legat, necnon quatuor adjuutores laicos dictæ Societatis, seu eos, qui eidem Præposito Generali servitiis Præbyterorum regularium Collegii hujusmodi necessarii videbuntur, perpetuo habere, & manuteneere debeat, & teneatur. Declarantes, & decernentes, quod unumquodque illorum, qui ex prædictis Præbyteris regularibus pro supra expressis nationibus, seu linguis minores Pœnitentiariorum respective deputabuntur, ex illa natione, pro qua deputabitur, vere, & realiter esse, ipsiusque nationis idioma optime callere debeat, & quod illi, qui in regionibus earumdem nationum respective nati, & educati non sunt, sub quocumque pretextu, etiamsi idiomatis nationis, pro qua deputari, peritissimi forent, ad minorum Pœnitentiariorum hujusmodi officia assumi non possint. Quod si propter mortem, infirmitatem, remotionem, aliudve quodvis impedimentum alicuius ex prædictis minoribus Pœnitentiariorum pro tempore deputatis oportuerit alium in ejus locum ad exercitium officii minoris Pœnitentiariorum tantisper subrogari, eo casu alterum ejusdem cum illo nationis, si haberi idoneus possit, sin minus, alium alterius quidem nationis, sed qui idiomatis nationis ex qua defunctus, infirmus, remotus, vel alias impeditus fuerit, peritus existat, substitui volumus: ita tamen, ut sic substituentibus ante omnia ( nisi aliter ob urgentem necessitatem majori Pœnitentiariorum nunc, & pro tempore existentium visum fuerit) prævio examine in Signatura Pœnitentiariæ approbetur, & per modum provisionis pro eo tempore dumtaxat, quo durabit infirmitas, vel impedimentum infirmi, vel impediti, seu donec defuncto, vel remoto successor fuerit constitutus, deputetur, & subrogetur.

Electio Rectoris Pœnitentiariorum ad Generalem Soc. spectat.

Modus examinationis & admissionis.

§.6. Porro electionem Rectoris, cæterorumque minorum Pœnitentiariorum prædicti Collegii Apostolici nunc, & pro tempore existentium Præposito Gen. memoratæ Societatis tribuimus.

§.7. Statuentes, ut ab eodem Præposito Generali pro tempore electi non ante ad exercitium minorum Pœnitentiariorum hujusmodi admittantur, quam circa materias ad idem officium spectantes in dicta Signatura Pœnitentiariæ juxta dispositionem litterarum recol. mem. Clem. Papæ VIII. Prædecessoris pariter nostri in simili forma Brevis die tertia Septembris 1592. expeditarum examinati, & approbati fuerint. Cæterum illi, qui semel in eadem Signatura Pœnitentiariæ, sicut præmittitur, examinati, & approbati fuerint, examini de novo se subicere non tenebuntur, nisi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existentium ex aliqua causa particulari secus videatur.

Bull. Rom. Tom. VI. Par. IV.

minati, & approbati fuerint, examini de novo se subicere non tenebuntur, nisi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existentium ex aliqua causa particulari secus videatur.

Major Pœnitentiariorum quomodo possit Electos suscipere.

§.8. Si autem dilectus filius noster Nicolaus tituli S. Mariæ Angelorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Præbyter Cardinalis Ludovissus nuncupatus nunc, & pro tempore existens major Pœnitentiariorum aliquem a prædicto Præposito Generali ad officium minoris Pœnitentiariorum electum minime duxerit admittendum, poterit ipse Nicolaus Cardinalis nunc, & pro tempore existens major Pœnitentiariorum illius examinationem tantisper suspendere, donec facta quam citius nobis, & pro tempore existentium Romano Pontifici ejus rei relatione, quid fieri debeat, fuerit ordinatum.

Semel admitti non amoveatur sine majoris Pœnitentiariorum facultate.

§.9. Qui vero ad exercitium officii minoris Pœnitentiariorum hujusmodi semel admitti fuerint, ab eodem officio removeri, vel dimitti, aut ex Collegio prædicto discedere non poterunt absque licentia dicti Cardinalis majoris Pœnitentiariorum nunc, & pro tempore existentis, qui pro data sibi a Domino prudentia, licentiam hujusmodi instante Præposito Generali prædicto negare non debebit, nisi ex justis causis, quas eo casu, prout etiam quoties eidem summo Pœnitentiariorum videretur aliquis ex prædictis Pœnitentiariorum dissentiente eodem Præposito Generali removendus, Nobis, seu pro tempore existentium Romano Pontifici referret, apostolica mandata hac in re fideliter exequuturus.

Residentiam in confessionibus Pœnitentiariorum præscribit.

§.10. Volumus autem, ut memorati minores Pœnitentiariorum in Basilica prædicta resideant, ibique in suæ quisque nationis confessionibus assistant, & præsto sint, ac quoruncumque Christianidelium, scilicet propriæ quisque nationis primum, & his non extantibus, aliorum etiam quando casus contigerit, quorum idioma calleant, confessiones sacramentales diligenter audiant bis in die, nempe mane ab initio matutini usque ad finem officiorum divinarum antemeridianorum, & post meridiem ab initio vespertinarum per duas horas continuas: idque omnes singulis majoris hebdomadæ, & intra octavam Paschatis Resurrectionis Dominicæ diebus, necnon in Nativitatis Domini, Pentecostes, singulis B. Mariæ Virginis, ac Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & aliorum Apostolorum, cæterisque omnibus, & singulis festis anni diebus, præsertim de præcepto, vigiliis etiam consuetis, præterea singulis diebus Veneris mensis Martii, necnon Jubileorum, & Stationum in eadem Basilica existentium temporibus, ac insuper quodcumque id eis ex aliqua causa particulari a Superioribus injunctum fuerit, aut charitas Pœnitentiariorum suadebit, aut necessitas Pœnitentiariorum postulabit, inviolabiliter observent: In cæteris vero ferialibus anni diebus id saltem pro tertia eorumdem Pœnitentiariorum parte sedulo adimpleat. Ab his tamen Rectorem prædicti Collegii

N n exci.